

Kapsel 78 N 3 [125]

12

AD
FUNUS

EXIMII Atque SINGULARI PIETATE, POLITIORI DOCTRINA,
NEC NON AMABILI MODESTIA CONSPICUI
ADOLESCENTIS,

GOTTLIEB. FRIDERICI
CHRISTOPHORI
IÄNICHII,

GARDESHEMIA - BRUNSVICENSIS,
ARTIUM LIBERALIUM CULTORIS
ADHUC LYCEI VVERNIGERODANI ALUMNI,]

a. d. 12. Cal. Martii A. O. R. ccccxxxiv. more Christiano homine digno
effendum

Omnes Mecenates , Fautores & Amicos rei nostræ
Scholasticæ

Eo, quo par est, obstrictissimo atque humanissimo animi cultu
invitat,

Conducatur

EUSTASIUS FRIDERICUS SCHÜTZE, Rector.

WERNIGERODE,

Ex Officina Michaelis Antonii Struckii, Typogr. Aul.



Kapsel 78 N 3 [125]

X 303 7657

AK





H

T hic mortuus est?

quæfivit sæpenumero sagax vetustas,
florete ætate juveni
si titulum adhibuit humato.
Atque hoc non sine causa,

Est enim flos ævi adolescens,
qui

DEI fato non perverrente, sed annuente,
naturaque non adversante, sed inclinante
nisi Pylîi, Sybillarum tamen ætatis metam
oprat,

optatam sibi promittit,
promissam etiam non raro contingit.

Mutavit autem illa,
alia nempe interpunctiõnis ratione habita,
vocalas modo allegatas,

quæstionem, aut si malueris, admirationem ac commiserationem
præ se ferentes;

Mutavit, dico potius,
sensum harum

dummodo *adjecto puncto signum interrogationis demit,*
Virum ætate confectum si monumento funebri honestavit,
& quidem sine admiratione easdem ita exarans:

Et hic mortuus est.

Atque hoc itidem non sine ratione.

Sunt enim senes defloccati & capulares,
qui

Dei consilio prudentissimo ac saluberrimo volente,
naturaque & aversante & declinante
aquilæ æque ac cervi senectæ grandævritatem
desperant,

desperatam contemnunt,
contemptam etiam non raro fastidiunt.

Verum enim vero
ex hoc non insulso majorum instituto
cauta habet posteritas,
quod limpidisimâs liquet,
immo multis argumentis lucet.

Juvenes nimirum possunt,

*Senes autem debent,
extremum effundere vitæ halitum.*

Accidit

Accidit sane illud
Studiose Juveni,
Gottlieb. Friderico Christophoro Jänichio,
Gardeshemia - Bruntvicensi,
Adhuc Alumno Lycei Wernigerodani,

Viri
Plurimum Reverendi, ac Doctissimi,
Dni.

Dni. Joann. Bernardi Jänichii,
Mystra apud Gardeshemiensēs meritisimi,
filio natu secundo,
eoque.

a paterno ingenio ac probata mente non deficiente.

Posteaquam enim

Hic jam temporis lugens Parens
illum bona præditum indole gnatum
ex lectissima pariter ac desideratissima

Conjuge b. m.

Maria Elisabetha,

nata Schickia,

suscepit

is sacro sancto regenerationis lavacro ut tingeretur,
inque

hoc gratiæ divinæ fœdere
sequentibus pone annis puerilibus
per

devotam, solertem ac festivam
pietatis, disciplinarum ac morum
inculcationem
foveretur,

etiam atque etiam curavit sedulo.

In patriis ergo laribus
probè formatus
ante quinquennium & quod excurrit
in album Hornei nostri inscriptus est,
atque in hoc
correctionem,

simplicem Scholarum finem,
& intellectum erudiendo,
& voluntatem emendando,
perpetim adhiberi passus est.

Benedixit

tali quidem ratione etiam
Summus Scholarum Moderator
& plantationi & irrigationi
Præceptorum

in hoc

inolecente egregiæ virtutis furculo,
ut omnino,

quod & amor & veritas svadet,
fateantur necessum sit,

hunc nunquam unquam docentium movisse bilem.

Sunt

Sunt profecto verba

bona conscientie

non

vane jactantia.

Nil nunc his rerum circumstantiis impedit,
quo minus nos

in præmature obitu
hujus ornatisimi & præclaræ expectationis Adolescentis
duo de viginti annis abhinc nati

mortem ejus dolentes
& admirationis & commiserationis verba
a majoribus, ut supra, iterum mutuemur:

Et hic mortuus est?

Ipsemet placidè defunctus Jänichius,
ut adstantes domestici audiverunt,
paucis ante vitæ suæ finem
qui in diem 13. Febr. A. c. MDCXXXIV. incidit,
considerans morbi gravitatem hoc innuit,
in hæc verba erumpens:

Homo octodecim annorum moriatur?

Mortuus omnino est,
ut Deo ita visum fuit,

hic virtutum & politioris doctrinæ Studiosus adolescens.

Nostrum id circo est

ut in solamen mæstissimi Parentis,
eum

exsequiis Christiano homine dignis,

ut par est, honestemus.

Ad funus itaque ex ædibus *Vollinhauseniensis* primò efferendum,

dein autem

ad concionem funebrem

a Viro

Reverenda pietate, doctæque humanitate præstantissimo Dno.

Dno. JACOBO DELIO,

Consistoriali ac Verbi divini Pracone gravissimo, fidelissimo

in æde B. M. V.

cras hora, I. pomerid. & sequ. habendam, audiendam,

omnes, quos res nostra Scholastica heic loci invenit,

Mecenate, Fautores & Amicos

rei litteraria

devinçisimo atque humanissimo animi cultu

invito,

Immo etiam,

quod mei est officii,

Scholares, quos Lycæum nostrum alit,

ut commisionem dilectissimum b. m.

ad bustum modò tendentem


ultimo honoris & amoris cultu frequentes comitentur,

honor, dataque occasione jubeo,

ut illa Ecclesiastici verba procedendo ruminent: Syr. xxxviii, 23.

Memor esto judicii [mortis] ejus, sic enim erit & tuum.

P. P. Wernigerodæ d. xiii. Cal. Martii A. R. S. c. l. d. ccxxxiv.



VD 18

Kapsel 78 N 3 [125]

15

AD

FUNUS

REGULARI PIETATE, POLITIORI DOCTRINA,
AMABILI MODESTIA CONSPICUI
DOLESCENTIS,

LIEB. FRIDERICI RISTOPHORI IÄNICHII,

DESHEMIA - BRUNSVICENSIS,
M LIBERALIUM CULTORIS
EI VVERNIGERODANI ALUMNI,

iii A.O. R. ccccxxxiv. more Christiano homine digno
effendum

s, *Fautores & Amicos rei nostræ
Scholasticæ*


obstrictissimo atque humanissimo animi cultu
invitat,

Convocat

FRIDERICUS SCHÜTZE, *Rector.*

WERNIGERODÆ,

na Michaelis Antonii Struckii, Typogr. Aul.



Kapsel 78 N 3 [125]

X 303 7657

AK

